

IOANNES FOEMINA.

IOANNES Anglicus: ex Magūtiaco oriundus malis artibus (ut aiūt) pontificatum adeptus est. Mentitus enim sexum cum foemina esset adolescens admodum Athenas cum amatore uiro docto proficiscitur: ibiq; præceptores bonarū artium audiendo tantum profecit: ut romam ueniēs paucos admodum etiam in sacris litteris pares haberet: nedum superiores. Legendo autem: & disputando docte & acute tantum beniuolentię & auctoritatis sibi cōparauit: ut mortuo Leone in eius locum (ut Martinus ait) omnium consensu pontifex crearetur. Verum postea a seruo compressa: cum aliquandiu occulte uentrem tulisset: tandē dum ad lateranensem basilicam proficisceretur: inter theatrum (quod colosseum uocant) a Neronis colosso: & sanctum Clementem doloribus circūuenta peperit eoq;